

delectaret. Dei providentia fortunæ contraria rectè plangi potest insidens quadrigæ, et ejus constantia, et æquabilitas significetur. Quatuor rote in aliis quatuor transversim implicatæ, et quatuor animalia, quorum unumquodque quatuor habet facies, tibias, pedesque rotundos, ut omnem in partem æqualiter moveri possint, significare possunt Dei providentiam ad omnes mundi partes pervadentem. Alæ extensæ ejus celeritatem. Quæ verò corpus tegunt, multa nos in divinâ providentiâ latere; multa esse, quæ Dei consilio fiant; quæ quia causas ignoramus, casu nobis fieri videantur. Splendor ejusdem providentiæ splendorem significare posset, qui in rerum omnium temperatione, ordine, administratione releuet. Hæc, inquam, omnia non malè convenirent: sed non id agitur.

Alii Dei gloriam, hoc est Evangelium ipsum, quod Dei gloria nonnunquam vocari solet, describi putant. Nos, inquit D. Paulus, 2 Cor., cap. 5, v. 18, *revelatæ facie, gloriam Domini contemplantis in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritus*; et cap. 3, v. 6: *Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu*. Ipsum igitur Evangelium splendore illo, et igne significari. Nam et Christus dixit, Luc. 12, 19: *Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi accendantur*? Animalia verò omnes Evangelii prædicatores, qui in omnes partes parati sunt ire. Imaginem electricam throno insidentem Christum esse sedentem ad dexteram Patris. Sedebat enim non infra, sed supra firmamentum. Eundem enim Christum Isaiam ad eundem modum sedentem vidisse, ut indicat D. Joannes, c. 12, 41: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo*. Ego hæc omnia faciliè concederem, si id ageretur. At tempestas, non Evangelii tranquillitas: bella, non evangelica pax: captivitas Judæorum, non evangelica libertas describebantur.

Alii philosophicè interpretantur, quatuor animalia omnes res significari; nam per animalia quæ præstantissimæ res sunt, res omnes intelligi; per quatuor præstantissima hominem, leonem, bovem et aquilam, omnia alia intelligi. Nam per hominem omnes naturas ratione præditas; per leonem omnes feras sylvestres, omniaque animalia non cicurata; per bovem animalia omnia domestica; per aquilam omnes volucres intelligi. Omnia igitur à Deo gubernari. Nam quatuor animalia res omnes esse, quatuor uniuscujusque facies, quatuor mundi partes; quatuor rotas motum atque effectum divinæ providentiæ significare. Esto; sed quid ad chordam?

Ego persuasum habeo, donec ab alio aliquid probabilius reperitur, prophetam aliquam magnam tempestatem, et conversionem rerum describere voluisse. Nam id agere cœperat initio capitis, et idem toto libro prosequitur. Et credendum est prophetam nullum ænigma proposuisse, quod non aut verbis, aut re ipsâ declaraverit. Itaque veram hujus figuræ interpretationem, non aliunde quam ex eodem propheta petendam arbitror. Ex propheta autem hæc non obscure,

sed aperte colligimus. Primum aliquam rerum conversionem significari, hoc enim agere cœperat. Deinde hanc visionem eandem esse atque illam, quam repetit cap. 10. Hanc enim dicit se habuisse juxta fluvium Chobar, vers. 1 et 5, et cap. 10, vers. 15, ait: *Ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar*; et vers. 20: *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel juxta fluvium Chobar*. Tertio loco illud ex eodem propheta constat, hæc animalia fuisse Cherubim, et apparet toto cap. 10, præsertim vers. 20: *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel juxta fluvium Chobar: et intellexi, quia Cherubim essent*. Quarto loco colligimus, si non certâ ratione, at probabilissimâ conjecturâ, hos Cherubim aliquos reges significare. Nam cap. 28, 14, regem Tyri appellat Cherub: *Tu, inquit, Cherub extensus et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti; et vers. 16: Et ejeci te de monte Dei, et perdidisti te, ô Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum*. Illud etiam videmus agere postea Ezechielem de quatuor regnorum commutatione Chaldeorum, Assyriorum, Ægyptiorum, et Tyriorum. Colligimus inde quemadmodum unum Cherub, id est, unum animal regem Tyri significabat; ita alia tria animalia alios tres reges significabat. Igitur sensum hujus ænigmatis esse arbitror, fore ut post tempestatem, quæ Judæis imminabat, quatuor illa regna, quæ Judæis infesta fuerant, hæc illuc converterentur, inque alios transferrentur dominos. Quod ut significetur, ponitur ob oculos generalis omnium regnorum hypotyposis. Quatuor enim animalia quatuor hæc regna, de quibus agit Ezechielem, deinde omnium regnorum naturam et conditionem significant; quæ quatuor facies habent, quia aliquando converterentur humanis moribus gubernantur, id est, in pace et tranquillitate degunt, ita ut humanam faciem habere videantur; aliquando vicinas gentes, ut leones trucidant; aliquando ut boves conculcant; aliquando ut aquila diripiunt, spoliant, et in captivitatem ducunt. Nam et Nabuchodonosorem Chaldeorum regem, cum ad diripiendum Moab venit, aquilam videmus appellari, Jerem. 48, 40: *Ecce quasi aquila volabit, et extendet alas suas ad Moab*, et cap. 49, 22: *Ecce quasi aquila ascendet, et avolabit; et expandet alas suas super Bosram*. Et apud hunc ipsum Ezechielem rex Babylonis aquila vocatur, quia regem Juda in captivitatem ducturus erat, cap. 17, 31: *Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ducta, plena plumis et varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri*. Non absimile est quod Balthasar rex Babylonis quatuor bestias per quietem vidisse dicitur, quæ Dan., cap. 7, quatuor regna interpretatur. Inter ea unum aquilæ alas habebat, et super pedes quasi homo stetit, et cor hominis datum est ei. De Chal. quoque scribit Halaenc, cap. 1, 8, 9. *Vela-bunt quasi aquila festinans ad comedendum; omnes ad prædam venient, facies eorum ventus urens, et congregabit quasi arenam captivitatem*. Hæc omnia idcirco adnotavimus, ut intelligamus non solum Ezechieli argumentum, sed aliis etiam Scripturis sacris consentaneum

esse ut quatuor animalia omnia regna; ea verò præsertim quatuor, de quibus agitur, interpretantur. Propterea sub firmamento ponuntur, quia cælo subjecta sunt, indequæ à Deo regem, et domino dominantium gubernantur. Hoc est quod supra firmamentum thronum saphirinum, et similitudinem hominis in eo sedentis propheta vidit. Is enim Deus erat qui supra omnes reges altiore throno sedet. Color electri et speciei ignis Dei gloriam et majestatem declarabat, qui, ut ait D. Paulus, Heb. 12, 29; 1 Tim. 6, 16: *Ignis consumens est, et lucem inhabitat inaccessibilem, et ut David loquitur, Psal. 10, 2: Amictus est lumine sicut vestimento*. Vox, quam Ezechielem supra firmamentum audivit, imperium Dei erat, quo omnia regna gubernat, atque quocumque vult, transfert. Hoc enim est quod tam sæpè Scriptura prædicat; *Balthæum regnum dissolvit*, inquit Job 12, 18, et *præcignit fune venes eorum; et regnum à gente in gentem transfert propter injustitias, et injurias, et contumelias, et diversos dolos*. Dominatur enim *Excelsus in regno hominum, et quicumque voluerit dabit illud et humillimum hominum constituit super eum*. Animalium figura, et quatuor cujusque facies, et alæ extensæ, et tibie teretes, et pedes, summam ad obediendum Deo propositionem denotant; regnaque omnia sine ulla cunctatione eò ire, quò à Deo impelluntur. Alæ quibus se tegunt humana præsidia sunt, quibus se reges tueri solent; sed si à Deo aliò impellantur, nihil prosunt. Manus hominis humanam industriam, auxilia, studia, labores, quæ omnia nisi Dei spiritu, qui in animalibus fuisse dicitur, gubernentur, cassa sunt et inania. Hoc sibi vult quòd animalia, ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, id est, regna eò transferuntur quò Dei voluntas impellit. Ignis qui in medio erat animalium, indicabat spiritum Dei in regibus, regnisque omnibus

## CAPUT II.

1. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini. Et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi vocem loquentis, et dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum.

2. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, et statuit me supra pedes meos: et audivi loquentem ad me,

3. Et dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me: ipsi et patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque ad diem hæc.

4. Et filii duræ facie et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:

5. Si fortè vel ipsi audiant, et si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est: et scient quia propheta fuerit in medio eorum.

6. Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpiionibus habitas. Verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.

residere, ut eos hinc vel illuc pellat. *Cor enim regis in manu Domini: quicumque voluerit, inclinat illud*. Non recedebantur cum incederent, ut dicitur versu 9, quia Dei voluntati nullo modo resistebant. *Ibant, et recedebantur*, ut dicitur versu 14, in similitudinem fulguris corsucantis, quia brevi tempore regna auferuntur, et eidem cui ablata fuerant, restituntur, ut accidit Nabuchodonoseri apud Danièlem, cap. 4. Sonus alarum, qui audiebatur, indicabat, nunquam regna sine magno sonitu, stridoreque converti, quemadmodum de Romanorum republica orator quidam dixit. Rote ipsa regna, sicut animalia reges significabant. Trahunt enim reges sua regna secum, sive in salutem, sive in interitum, sicut animalia currus trahunt. Alque hoc est, quod dicit versu 19: *Cum ambulaverit animalia, ambulabunt pariter et rote juxta ea; et cum eleventur animalia de terra, eleventur simul et rote*. Hoc est quod dicit, spiritum vitæ, id est, eundem spiritum Dei, qui erat in animalibus, fuisse in rotis. Figura rotarum, quòd rota in rotâ erat, propensionem et proclivitatem significabat; eundem, quicumque in partem ab animalibus traherentur. Oculi, quibus rote plene erant, aut principes et consiliarios regnorum ostendebant, qui frustra consilium perire ad conservandum regnum, cum Deus illud pedere decrevit. *Non enim est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum; aut significabant divinam Providentiam per omnia regna diffusam, quæ sicut corpus oculis, gubernantur*. Color crystallinus rotarum, indicium erat regna colitis à Deo dari, color enim crystallinus, celestis color est. Terribilis rotarum magnitudo regnorum formidabilem magnitudinem declarabat. Regnum enim quasi magna aliqua macula est, quæ cum convertitur, magnum videlicet terrorem incutit.

## CHAPITRE II.

1. Telle fut cette image de la gloire du Seigneur; et je vis, et je tombai le visage en terre; et j'entendis une voix qui me parla, et me dit: Fils de l'homme, lèvez-vous sur vos pieds, et je parlerai avec vous.

2. Et l'esprit m'ayant parlé de la sorte, entra en moi, et m'affirma sur mes pieds; et je l'entendis qui me parlait.

3. Et me disait: Fils de l'homme, je vous envoie aux enfans d'Israël, vers un peuple apostat qui s'est retiré de moi; ils ont violé jusqu'à ce jour, eux et leurs pères, l'alliance que j'avais faite avec eux.

4. Ceux vers qui je vous envoie sont des enfans qui ont un front dur et un cœur indomptable; vous leur direz donc: Voici ce que dit le Seigneur Dieu:

5. Pour voir s'ils écouteront enfin eux-mêmes, et s'ils cesseront de pécher; car c'est un peuple qui m'irrite sans cesse; ils sauront au moins qu'un prophète a été au milieu d'eux.

6. Vous donc, fils de l'homme, ne les craignez point; n'appréhendez point leurs discours; parce que ceux qui sont avec vous, sont des incroyables et des rebelles, et que vous habitez au milieu des scorpions. Ne craignez point leurs paroles, et que leurs visages ne vous fassent point de peur, parce que c'est un peuple qui m'irrite sans cesse.



7. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, et quiescant : quoniam irritatores sunt.

8. Tu autem, fili hominis, audi quaecumque loquar ad te, et non esse exasperans, sicut domus exasperatrix est : aperi os tuum, et comede quaecumque ego do tibi.

9. Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber : et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris : et scripte erant in eo lamentationes ; et carmen et vae.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HÆC EST VISIO. Hunc versum Hebræi cum superiori capite conjungunt, quasi ejus epilogum. Vocat enim gloriam Domini quam viderat, non quod tantum divinæ gloriæ figura esset ; sed quod in figurâ regum atque regnorum quam viderat, Dei gloria maxime eluceret. Erat enim spiritus Dei in animalibus et rotis : erat splendor ignis in medio ; erat similitudo electrina Dei supra firmamentum. Itaque à potissimâ parte totam visionem gloriam Dei appellavit : quasi dicat, hujusmodi erat figura gloriæ Dei, quam vidi ; quam cum viderem penè exanimis cecidi. Solent prophetae, qui Deum vident, metu exanimari, et in terram corruere uno excepto Moysè, ut R. Moses Aegyptius in Symbolo Judæorum adnotavit. Sic cecidit Abraham cum illi Deus loqueretur. Gen. 17, 5 : et Isai. cap. 21, 5 : *Corrui cum audirem ; conturbatus sum cum viderem*. Et Daniel. 10, 8, 9 : *Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc ; et non remansit in me fortitudo ; sed et species mea immutata est in me, et emarcevi, nec habui quidquam virium*. Et *audivi vocem sermonum ejus ; et audivans jacebam consternatus super faciem meam, et vultus meus hærebatur terræ. Et audivi vocem loquentis*. כְּלִי בְרַבִּי vocem loquentis, aut loquentem. Non dicit vocem Dei, quantum Deus erat, qui loquebatur, quia turbatus nesciebat quis esset, sicut Paulus, Act. 9, 4 : *Fili hominis*. Tradunt Hebræorum interpretes propterea Ezechielem filium hominis appellari, ut suæ conditionis, humanæque fragilitatis admoneatur, ne propter magnitudinem visionis quam acceperat, angelum se esse existimaret ; quemadmodum D. Paul., 2. Corinth. 12, 7, de se dicit : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanae, ut me colaphizet*. R. David aliam causam esse putat, quod cum quatuor facies in animalibus viderit, hominis, leonis, bovis, aquilæ, vocetur filius hominis à præcipuâ parte visionis, quasi vir videns hominem ; ideo non vocatur filius leonis, aut bovis, aut aquilæ : sicut Daniel ex desiderio quo tenebatur, vir desideriorum appellatus est, cap. 9, 23. Melius Aben Esra Daniel. 8, 17, quia inter angelos versabatur distinctionis causâ filium hominis appellatum dicit, ut Daniele illi quia inter angelos erat, ut eodem loco Hieronymus adnotavit. *Sta super pedes tuos*. Erige te, id est, resume animum, quem abiecasti, ut intelligas quæ tibi dicturus sum.

VERS. 2. — ET INGRESSUS EST IN ME SPIRITUS. He-

7. Vous leur rapporterez donc les paroles que je vous ordonne de leur dire, pour voir s'ils écouteront, et s'ils cesseront de pécher ; car c'est un peuple qui m'irrite sans cesse.

8. Mais vous, fils de l'homme, écoutez tout ce que je vous dis, et ne m'irritez pas vous-même, comme fait ce peuple ; ouvrez la bouche, et mangez ce que je vous donne.

9. Alors j'eus cette vision : tout d'un coup une main s'avance vers moi, laquelle tenait un livre roulé ; elle étendit devant moi ce livre, qui était écrit dedans et dehors, et on y avait écrit des plaintes lugubres, des cantiques et des malédictions.

braizantes simpliciter hoc interpretantur : *Ingressus est in me spiritus*, id est, reedit ad me animus meus. Ego de spiritu Dei intelligendum puto. Si enim de humano spiritu loqueretur, non diceret, *statuit me supra pedes meos* ; sed diceret : Surrexi. Accedit quod cap. 5, 24, repetens eandem sententiam declarat se de spiritu Dei loqui : *Et ingressus est in me spiritus, et statuit me supra pedes meos ; et locutus est mihi, et dixit ad me, Ingredere, et includere in medio domus tuæ*.

VERS. 3. — AD FILIOS ISRAEL, id est, ad Judæos, qui in Chaldaea captivi sunt ; vel ad eos etiam qui Jerosolymis remanserunt. Non quod Jerosolymam iturus esset ; sed ut ad eos scriberet, ut ait R. David. Nam verbum, *mitto*, hoc loco non significat motum, sed auctoritatem, quasi dicat : Ego te prophetam constituo ; ut Jerem. 14, 14 : *Falsâ propheta vaticinantur in nomine meo ; non misi eos, et non præcepi eis*. Idem enim est, mittere, et præcipere ; et cap. 27, 15 : *Non misi eos, ait Dominus, et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter*. AD GENTES APOSTRICES. Gentes vocat duas tribus ; ut putat R. Salomon : quia, ut ait R. David, multarum gentium religiones sequebantur : alii Ammonitarum, alii Moabitarum ; alii aliarum. *Apostatrices*, rebelles. *PREVARICATI SUNT PACTUM MEUM*. *Pactum meum*, Hebræicè non est, neque Septuaginta verterunt : sed est פְּסֵדָה, prævaricatus sunt in me, quod eodem redit.

VERS. 4. — ET FILII DURA FACIE. Filios vocat homines per Hebraismum, aut quia pro filiis eos habuerat, aut quia eorum majores nominaverat, quasi dicat, patres filii imitantur. Durâ autem facie vocat impudentes, sicut Latine dicimus, os durum. Ita Jerem. cap. 5, 5 : *Percussisti eos, et non doluerunt ; attrivisti eos, et renuerunt accipere disciplinam ; induraverunt facies suas supra petram, et noluerunt reverti*. Sic infra, cap. 5, 7 : *Dominus Israel attritâ fronte est, et duro corde*. ET IRONABILI CORDE, כְּבִיזָהוּ, et fortes corde, ad verbum, *επιτοκία πόνος*, ut Septuag. verterunt, id est, duri cordes, ut loquuntur veteres auctores. ET DICES AD EOS, id est, dicere poteris : HÆC DICIT DOMINUS ; quasi dicat, poteris loqui meo nomine tanquam propheta à me constitutus utique illâ formâ loquendi prophetarum propriâ : *Hæc dicit Dominus*, ut interpretatur R. David.

VERS. 5. SI FORTÈ VEL IPSI AUDIANT. Nostre est : *Et ipsi sive audiant, sive cessent*, id est, loqueris ad eos

sive audiant te, sive non, quoniam domus exasperans est, id est, gens rebellis et perversa, ut saltem intelligent non deesse illis meum providentiam ; sed misisse ad eos prophetam, qui eos reprehendat. Hoc sensu interpretatur R. David.

VERS. 6. — QUONIAM INCREDULI, ET SUPERBIORES SUNT TECUM. Hebræi interpretantur, quoniam rebelles et spine sunt tecum, id est, quamvis tibi res sit cum hominibus rebellibus et asperis, qui quasi spine pungere solent eos, qui se movent, tamen ne timeas. ET CUM SCORPIONIBUS HABITAS, id est, inter homines malignos versaris, qui eos, à quibus admonentur, injuriis afficiunt ; sicut scorpiones pungunt eos, qui se tangunt. QUIA DOMUS EXASPERANS EST, quoniam domus rebelliosis sunt, id est, gens rebellis et intractabilis. Hoc est, quamvis rebelles sint, et intractabiles, tamen ne timeas.

## CAPUT III.

1. Et dixit ad me : Fili hominis, quodcumque inveneris, comede ; comede volumen istud, et vadens loquere ad filios Israel.

2. Et aperui os meum, et cibavi me volumine illo :

3. Et dixit ad me : Fili hominis, venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud : et factum est in ore meo sicut mel dulcis.

4. Et dixit ad me : Fili hominis, vade ad domum Israel, et loqueris verba mea ad eos.

5. Non enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteris, ad domum Israel :

6. Neque ad populos multos profundi sermonis, et ignote lingue, quorum non possis audire sermones : etsi ad illos mittereris, ipsi audirent te.

7. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me : omnis quippe domus Israel attritâ fronte est, et duro corde.

8. Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebis eorum, et frontem tuam duriorum frontibus eorum.

9. Ut adamantem, et ut silicem dedi frontem tuam : ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus exasperans est.

10. Et dixit ad me : Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, et auribus tuis audi.

11. Et vade, ingredere ad transmigracionem, ad filios populi tui, et loqueris ad eos, et dicis eis : Hæc dicit Dominus Deus : si forte audiant, et quiescant.

12. Et assumpsit me spiritus, et audivi post me vocem commotionis magnæ : Benedicta gloria Domini de loco suo :

13. Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, et vocem rotarum sequentium animalia et vocem commotionis magnæ.

14. Spiritus quoque levavit me, et assumpsit me, et alii amarus in indignacione spiritus mei : manus enim Domini erat mecum, confortans me.

15. Et veni ad transmigracionem, ad acervum nevarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen

VERS. 7. — SI FORTÈ AUDIANT. Hebr. sive audiant, sive non ; ut supra, vers. 5.

VERS. 8. — ET NOLI ESSE EXASPERANS, id est, rebellis, sicut illi rebelles sunt, id est, noli Spiritui sancto resistere, sicut illi.

VERS. 9. — IN QUÆ ERAT INVOLUTUS LIBER. Hebr. : *Et ecce in eâ volumen libri*.

VERS. 10. — ET FONS, id est, ex utraque parte. In facie et in tergo. Hoc autem significabat tam multa esse mala quæ Judæis impendebant, ut totum volumen implerent intus et foris. Vocat faciem voluminis eam partem, ubi scribi solet ; tergum ubi scribi non solet, ut exponit R. David. LAMENTATIONES ET CARMEN ; Hebr., *lamentationes et meditatio*, id est, gemitus : quasi dicat, scripta erant in eo omnia mala, quæ Judæis erant eventura.

## CHAPITRE III.

1. Et le Seigneur me dit : *Fils de l'homme, mangez tout ce que vous trouverez ; mangez ce livre, et allez parler aux enfans d'Israël*.

2. Et j'ouvris la bouche, et il me fit manger ce livre ;

3. Et il me dit : *Fils de l'homme, votre ventre se nourrira de ce livre que je vous donne, et vos entrailles en seront remplies. Je mangai donc ce livre ; et il devint doux à ma bouche comme le miel*.

4. Et il me dit : *Fils de l'homme, allez trouver la maison d'Israël, et vous leur annoncerez mes paroles ;*

5. Car c'est à la maison d'Israël que je vous envoie, et non pas à un peuple dont le langage ne vous soit pas intelligible, et dont la langue vous soit inconnue.

6. Je ne vous envoie pas vers des hommes de diverses nations, dont le langage vous serait intelligible, et la langue inconnue, en sorte que vous ne puissiez pas les entendre ; et quand je vous enverrais vers des peuples de cette sorte, ils vous écouterient.

7. Mais la maison d'Israël ne veut pas vous entendre, parce qu'ils ne veulent pas m'écouter ; car toute la maison d'Israël a un front d'airain et un cœur endure.

8. Mais j'ai rendu votre visage plus ferme que leur visage, et votre front plus dur que leur front.

9. Je vous ai donné un front de diamant et de pierre ; ne les craignez point, et n'ayez point peur devant eux ; parce que c'est une maison qui ne cesse de m'irriter.

10. Et il me dit : *Fils de l'homme, mettez dans votre cœur toutes les paroles que je vous dis, et écoutez-les attentivement*.

11. Et allez trouver ceux qui ont été emmenés captifs, les enfans de votre peuple ; parlez-leur, et dites-leur : *Voici ce que dit le Seigneur Dieu ; pour voir s'ils écouteront, et s'ils cesseront de pécher*.

12. Alors l'esprit du Seigneur m'emporta, et j'entendis derrière moi le bruit d'une grande commotion : Bénie soit la gloire du Seigneur, du lieu où il réside.

13. J'entendis aussi le bruit des animaux qui frappent leurs ailes l'une contre l'autre, et le bruit des roues qui suivent les animaux, et le bruit d'une grande commotion.

14. L'esprit aussi m'éleva, et m'emporta avec lui ; et je me trouvai plein d'amertume ; et mon esprit



Chobar, et sedi ubi illi sedebant : et mansi ibi septem diebus moriens in medio eorum.

16. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens :

17. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel : et audies de ore meo verbum, et annuntiabis eis ex me.

18. Si dicente me ad impium : Morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris ut avertatur a viâ suâ impiâ, et vivat, ipse impius in iniquitate suâ morietur, sanguinem autem ejus de manu tuâ requiram.

19. Si autem tu annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate suâ, et a viâ suâ impiâ, ipse quidem in iniquitate suâ morietur, tu autem animam tuam liberasti.

20. Sed et si conversus justus à justitiâ suâ fuerit, et fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo : ipse morietur, quia non annuntiasti ei : in peccato suo morietur, et non erunt in memoria justitiæ ejus, quas fecit : sanguinem verò ejus de manu tuâ requiram.

21. Si autem tu annuntiaveris justo ut non peccet justus, et ille non peccaverit, vivens vivet, quia annuntiasti ei, et tu animam tuam liberasti.

22. Et facta est super me manus Domini, et dixit ad me : Surgens egredere in campum, et ibi loquar tecum.

23. Et surgens egressus sum in campum : et ecce ibi gloria Domini stabat, quasi gloria quam vidi juxta fluvium Chobar : et cecidi in faciem meam.

24. Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos : et locutus est mihi et dixit ad me : Ingredere, et include in medio domus tux.

25. Et tu, Fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis : et non egredieris de medio eorum.

26. Et linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans : quia domus exasperans est.

27. Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Qui audit, audiat, et qui quiescit, quiescat : quia domus exasperans est.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUODCUMQUE INVENERIS, sub. in manu meâ. Manus Dei prophetiam significat, ut supra, cap. 1, 5 : *Facta est tibi super eum manus Domini*; et infra in hoc ipso cap. vers. 22; et cap. 8, 1; et cap. 37, 1; et cap. 40, 1. Manus ergo, quæ ad Ezechielem missa est capite superiore, vers. 9, prophetia erat, volumen in manu, materia prophetiæ, id est, ea quæ erant eventura. Jubeat propheta devorare quicquid invenerit in manu Domini, id est, æquo animo accipere quicquid illi Deus revelaverit, nihil recusare, nihil rejicere, nihil dissimulare, omnia dicere, omnia populo denuntiare. Quod autem volumen scriptum

erat rempli d'indignation; mais la main de Seigneur était avec moi, et me fortifiait.

13. Je vins donc vers les captifs près d'un tas de bûches nouvellement coupées; et je me joignis à ceux qui demeuraient près du fleuve de Chobar; je m'assis où ils étaient assis; et je demurai là sept jours au milieu d'eux, dans l'affliction.

16. Après que les sept jours furent passés, le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

17. Fils de l'homme, je vous ai donné pour sentinelle à la maison d'Israël; vous écouterez la parole de ma bouche, et vous leur annoncerez ce que vous aurez appris de moi.

18. Si, lorsque je dirai à l'impie : Vous serez puni de mort, vous ne le lui annoncez pas, et si vous ne lui parlez pas, afin qu'il se détourne de la voie de son impiété, et qu'il vive, l'impie mourra dans son impiété; mais je vous redemanderai son sang.

19. Que si vous annoncez la vérité à l'impie, et qu'il ne se corrige point de son impiété, et qu'il ne quitte point sa voie impie, il mourra dans son iniquité; mais pour vous, vous aurez dérivé votre âme.

20. Si le juste abandonne sa justice, et qu'il commette l'iniquité, je mettrai devant lui une pierre d'achoppement; il mourra, parce que vous ne l'avez pas averti; il mourra dans son péché, et la mémoire de toutes les actions de justice qu'il avait faites, sera effacée; mais je vous redemanderai son sang.

21. Si au contraire vous avertissez le juste, afin qu'il ne pèche point, et qu'il ne tombe point dans le péché, il vivra de la vraie vie, parce que vous l'avez averti; et vous aurez ainsi dérivé votre âme.

22. Alors la vertu du Seigneur se saisit de moi, et il me dit : Levez-vous, sortez à la campagne, et là je parlerai avec vous.

23. Je me levai donc, et je sortis à la campagne; et voici qu'en ce lieu la gloire du Seigneur se levait, comme celle que j'avais vue près du fleuve de Chobar; et je tombai le visage contre terre.

24. Et l'esprit entra en moi, me fit tenir sur mes pieds, me parla, et me dit : Allez vous enfermer au milieu de votre maison.

25. Fils de l'homme, voilà qu'ils vous ont préparé des chaînes; ils vous en lieront, et vous n'en sortirez point.

26. Aussi je ferai que votre langue s'attachera à votre palais, que vous demeurerez muet, et comme un homme qui ne répond personne, parce que la maison d'Israël ne cesse de m'irriter.

27. Mais lorsque je vous aurai parlé, je vous ouvrirai la bouche, et vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Que celui qui écoute, écoute; que celui qui se repose, se repose; parce que la maison d'Israël m'irrite sans cesse.

intus, et foris, aut multitudinem futurorum, ut diximus, malorum significabat : aut mala, quæ non solum Judæis, sed etiam aliis externis gentibus erant eventura : et quod Deus volumen explicavit, significat Deum propheta revelasse, quia in eo scripta erant.

VERS. 2. — CURAVIT ME VOLUMINE ILLI, et comedere me fecit volumen illud, id est, ingressi mihi illud in os, et fecit ut devorarem; non reipsa, sed propheticò spiritu : hoc est, docuit me omnia, quæ in illo libro scripta erant, id est, divinarum prædestinationum decreto constituta. Ita Chaldaeus. Aperiens os

meum, id est, inclinavi animum meum, et docuit me quicquid erat in volumine illo. VENTER TUUS COMEDET, ET VISCERA TUA COMPLEBUNTUR, id est, si venter tuus comederit, viscera tua saturabuntur, ut Chaldaeus paraphrastice interpretatur; quasi dicat, satis habebis materie ad vaticinandum, nihil erit quod amplius desideres. Omnia enim hoc volumine continentur : vel, ut exponit R. David, *venter tuus comedit, et viscera tua complebuntur*, id est, ita illud comedit, ut non illud evomas, sed venter tuus ac viscera tua illud retineant; quasi dicat, nihil rejicias eorum, quæ tibi suggero, sed omnia diligenter conserva in animo tuo. Ponuntur futura Hebraica pro imperativis.

VERS. 5. — ET COMEDI, id est, visus sum mihi comedere illud; non enim reipsa, sed spiritu comedit. ET FACTUM EST IN ORE MEO Sicut MEL DULCE. Retinet, ut nihil quidem videtur, alteram partem antithesis : quasi dicat, in ore quidem meo fuit dulce sicut mel; in venter autem meo fuit amarum sicut fel; sicut idem Spiritus Joanni in simili causâ dixit, Apoc. 10, 9, 10 : *Accipe librum, et devora illum : et faciet amaritari ventrem tuum : sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accipi librum de manu angeli, et devorari illum : et erat in ore meo tanquam mel dulce, et cum devorâsem eum, amaricatus est venter meus.* Significabat autem hoc, munus prophetiæ initio dulce videri, cum à Deo accipitur; postea autem amarum ac difficile, cum propheta aut lapidatur, aut serrâ secatur, aut gladio occiditur, ut ait D. Paul. Itaque Michæas, cap. 2, 11, dicebat : *Unum non essent vir habens spiritum, et mendacium potius loqueretur.*

VERS. 4. — VERBA MEA. Hebr., in verbis meis, id est, meo nomine, vel dicens more prophetarum, *Hæc dicit Dominus.*

VERS. 5. — AD POPULUM PROFUNDI SERMONIS. Profundus labio. Hebraismus, pro, obscuri, difficilis, et barbari sermonis; et graves lingua, id est, difficilis lingue; idem dicit aliâ phrasi; quasi dicat, non poteris queri quod mittam te ad populum barbarum, quem non possis intelligere, et à quo non intelligere. Mitto enim te ad populum tuum, qui ejusdem tecum est lingue, qui et te intelliget, et abs te intelligetur.

VERS. 6. — NEC AD POPULOS MULTOS, id est, longinquos, remotos, nulli itineris, quorum linguam nunquam audieris, ut interpretatur R. David : vel, ut ego arbitrator intelligi posse, *ad populos multos*, id est, diversos, varios, diversi sermonis. Et si ad illos mittereris. Si non ad eos misissem, illi te audirent, id est, certè si ad illos misissem. Est enim forma jurandi Hebraeis usitata, ut R. David adnotavit.

VERS. 7. — DOMUS AUTEM ISRAEL NOLENT AUDIRE TE. Audire hoc loco, obedire significat. Hoc est quod Christus dicit : *Viri Ninivitarum surgent in judicio cum generatione istâ, et condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, Matth. 12, 41. Quia nolunt audire me*, quasi dicat, idcirco nolunt au-

dire te, quia à me missus : nam si à me missus non fuisses, sed tuâ auctoritate, sicut pseudopropheta loquereris, audirent te. Hoc illud perinet : *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit*, Luca 10, 16. ATTRITÆ FRONTE, fortes fronte, id est, impudentes; sicut, cap. 2, 4, *vocavit durâ facie.*

VERS. 8. — VALENTIORM. Illic facies frontis, et dura frons non significat impudentiam, sicut versu precedente; sed fortitudinem et intirritam ad resistendum auidaciam. FACIES EORUM, Hebr., *de regione facierum ipsorum*, id est, plus quam facies eorum, et eodem modo, de regione frontis eorum, id est, plus quam frontem eorum. Noster interpres optimè Hebraismum reddidit.

VERS. 9. — ET UT SILICEM, præ silice, id est, sicut adamentum duriorum silice dedit (dabo) faciem tuam, id est, dabo tibi invictam potentiam : ne ergo metuas, quia domus exasperans est, id est, eo quod flect, quamvis domus rebelles sint, ut supra, cap. 2, vers. 8.

VERS. 10. — ASSUME IN CORDE TŪO, ET AURIBUS TUIS AUDI. *ἄκουσον ἄκουσον.* Adnotat R. David, et, hoc loco idem valere, quod postquam, aut, quia; quasi dicat, postquam auribus audieris, excipe et conserva in animo tuo, ut apud Isaiam, cap. 64, 5 : *Eccc tu iratus es, et peccavimus; id est, postquam peccavimus; aut, quia peccavimus.*

VERS. 11. — INGREDE AD TRANSMIGRATIONEM, id est, ad captivos, quæ Babylone et in Chaldaea sunt; erat enim ipse juxta fluvium Chobar, ut dixit cap. 1, 4; aut transmigracionem vocat per anticipacionem eos; qui adhuc Jerusalem erant, quia paulo post erant transmigraturi : quod magis convenit cum sententiâ versus sequentis, sed minus cum versu 45, ubi explicat se transmigracionem appellare eam, quæ habitabat juxta fluvium Chobar. Si FORTE AUDIANT, ET QUIEScant, sive audiant te, sive non, tamen clamare ne cesses. Argue, increpa, opportunè, importunè, ut cap. 25.

VERS. 12. — ASSUMPSIT ME SPIRITUS, id est, visus mihi sum à spiritu sancto, vel ab aliquo angelo rapit, ut transferret me in Jerusalem, ut cap. 11, 4; vel, ut alii interpretantur, visus sum mihi vento rapit. Quamquam hoc nimis Rabbinicum videtur. ET AUBIVI POST ME VOCEM COMMOTIONIS MAGNÆ, id est, vocem cum magno strepitu, et quasi tonitruo. Vox autem erat hæc, ut Jonathas et R. David interpretantur : *BENEFICIA GLORIA DOMINI DE LOCO SUO, sub. venit; id est, ecce Deus venit ad castigandos Judæos, et iratus de caelo cum magno strepitu descendit. Hoc enim commotio illa magna significabat, quia Deus manifestè venit; Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet : et in circuitu ejus tempestas valida.* Psalm. 49, 3. Similis sententiâ apud Michæam, cap. 1, 5, 4 : *Eccc Dominus egredietur de loco suo, et descendet, et calcabit super excelsa terræ et consumentur montes subtus eam, et vales scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ, quæ decurrunt in præceps.* Ita Hieronymus exponit. Itaque Domini hoc loco majestatem



illam significat, quadrigæ insidentem, quam Ezechiel viderat, cap. 4; statim enim eam describit: locum autem ejus vocat cælum; aliquando enim quadriga levabatur in cælum, aliquando de cælo descendebat in terram, ut indicavit, cap. 1, versu 19. Quæ interpretatio multo magis mihi placet, quàm illa Hebræorum, qui gloriam Domini arcam, aut Dei præsentiam, et protectionem vocari putant, quasi dicat: Ecce brevi tempore gloria Domini discedit ex templo, et urbs ac templum concremabitur.

VERS. 15. — ET VOCEM ALARUM; sub. audivi, PERCUTIENTIUM; Hebr., quæ osculabantur, id est, attingebant altera alteram. Non ala unius animalis alam alterius: sed ala unius faciei, alam alterius faciei ejusdem animalis, ut explicavimus, cap. 1, versu 9.

VERS. 14. — SPIRITUS QUOQUE LEVAVIT ME. Non significat se iterum fuisse sublatum, ut nonnulli putant vertentes et in *iterum*, sed quod ante summam, et per anticipationem dixerat, nunc dicit copiosè et explicatè, ut in Scripturæ narrationibus sæpè fit. In IGNATIONE SPIRITUS MEI. Ignatio hic in bonam partem accipitur, quasi dicat, abii zelo Domini incensus. MANUS ENIM DOMINI. Hebr.: *Et manus Domini super me fortis, aut roborans*; manum Domini aliqui prophetiam interpretantur, ut Jonathan et R. David, quemadmodum supra cap. 1, 3, quasi dicat, abii incensus zelo, quia vehemens prophetie spiritus urgebat me. Alii *manus Domini*, id est, vis et fortitudo corroborans me, ne laborem itineris sentirem, ut ait R. Salom.

VERS. 15. — ET VENI AD TRANSMIGRATIONEM AD ACERVUM NOVARUM FRUGUM. ACERVUS NOVARUM FRUGUM, nomen proprium est loci, Hebr. *Thel-Abib*. Itaque Chaldaeus paraphrastes integrum reliquit. Septuag. vertent *perisopos*, sublimis, quia *thalal suspenderis* significat. Noster interpres utrumque nomen resolvit, *thel aceruus, et abib fruges* aut *spicae*. Habebat enim locus nomen à frugibus. Est autem ordo verborum præposterus. Quasi dicat, veni ad eos qui habitabant in Thel-abib, qui locus est juxta fluvium Chobar. Et sedi, id est, habitavi cum illis, septem diebus mœrens; Hebr., admirans, attonitus, obstupefactus, nempe ob præcedentem visionem, aut magnitudinem malorum, quæ providebam populo meo evenitura, ita ut per septem dies loqui non possem. Hoc enim verbum significat, ut ait R. Salom. Et Chaldaeus vertit, *tacens*, Septuag. *versans in medio eorum*.

VERS. 17. — SPECULAREM DEDI TE, id est, doctorem, prophetam posui te in Israel, ut omnia verba, quæ ex me audieris, annunties illis ex me, id est, nomine meo. Prophetæ *speculatores* appellantur, quia quemadmodum qui in specula constituti sunt, longè vident; ita illi longè futura prospiciunt. Ita infra cap. 53, 2, 6, 7, et Isa. 56, 10.

VERS. 18. — SI DICENTE ME AD IMPIUM, id est, si, cum ego tibi dixerò, ut dicas impio: *Morte morieris*, id est, sine ullà dubitatione morieris, nota est phras.

## CAPUT IV.

1. Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, et ponas

ipse impius, id est, ille morietur propter iniquitatem suam, tu autem morieris propter mortem ejus; quia tuâ negligentia perit una anima de populo meo.

VERS. 20. — PONAM OFFENDICULUM CORAM EO. Hebræi interpretantur, *ponam offendiculum*, id est, patefaciam occulta ejus peccata; ego queram occasionem puniendi illum, aut, inducam illum in interitum, faciam eum mori. NON ERUNT IN MEMORIA JUSTITIE EJUS, id est, non recordabor honorum operum, quæ ante fecit, non liberabitur à morte propter illa; quamquam non erunt illi proorsis inutilia. Vera enim est theologorum sententia, nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratum.

VERS. 22. — ET FACTA EST, IBI: MANUS DOMINI, id est, est, prophetia, ut cap. 1, 3, et infra cap. 8, 1, et cap. 31, 1, et 40, 1.

VERS. 23. — ET ECCE IBI GLORIA DOMINI. Gloriam Domini vocat visionem illam quadrigæ, quam cap. 1, descripsit, sicut sup. vers. 12.

VERS. 24. — ET INGRESSUS EST IN ME SPIRITUS, DEI, ut cap. 2, 5, quamquam Hebræi aliter interpretantur. INCLUDERE IN MEDIO DOMUS TUÆ; quia nihil proficiet admonens eos: quasi dicat, ne perdas operam tuam, ut exponit R. Salom. Magis probò interpretationem R. David, qui idcirco dicit jussum fuisse prophetam abdere se in domum, ut prius audiret ex Deo omnia, quæ dicturus erat, quàm inciperet annuntiare. Itaque usque ad cap. 51, vers. 24, nihil annuntiat; sed tantum audit, et videt quæ illi Deus aut dicit, aut ostendit.

VERS. 25. — DATA SUNT SUPER TE VINCLA, id est, dantur, injunguntur tibi vincula, ne domo egredi possis, et cum illis versares, antequàm omnia, quæ videnda sunt, videris, quæque audienda sunt, audieris. Verisimile est una cum his verbis injecta fuisse per visionem propheta vincula.

VERS. 26. — ET LINGUAM TUAM. Non solum pedes tuos ligabo, ne egredi possis ad illos: sed etiam linguam tuam, ne cum his, qui ad te domum venerint, loqui possis, aut eos oburgare.

VERS. 27. — CUM AUTEM LOCUTUS FUERO TIBI. Cùm ego tibi significavero, cùm tempus erit, et ego tibi indicavero, osque tibi aperuero; tum loqui incipies, diceque illis quæ vidisti et audivisti. QUI AUDIT AUDIAT. Non sunt hæc verba, quæ Propheta dicturus est: sed Deus ea dicit, ac si dicat: Dices illis quæ audisti ac vidisti, et qui voluerit audire, audiat; qui noluerit audire, non audiat, ut supra vers. 11, et cap. 2, vers. 5, 7. QUIA DOMUS EXASPERANS EST, id est, populus rebellis, et perversus, ut cap. 2, 5, 6. Hoc propterea dicit, ut causam reddat, cur dixerit: *Qui audit, audiat, et qui quiescit, quiescat*; quasi dicat, propterea dixit: Qui voluerit audire, audiat; qui noluerit, non audiat; quia scio plerosque non audituros, domus enim rebellis est.

## CHAPITRE IV.

1. Vous donc, fils de l'homme, prenez une brique;

eum coram te; et describes in eo civitatem Jerusalem.

2. Et ordinabis adversus eam obsidionem, et edificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam castra, et ponas arietes in gyro.

3. Et tu, sume tibi sartagineum ferream, et ponas eam in murum ferream inter te et inter civitatem: et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidione, et circumdabis eam: signum est domui Israel.

4. Et tu dormies super latus tuum sinistram, et ponas iniquitates domus Israel super eo, numero dierum quibus dormies super illum, et assumes iniquitatem eorum.

5. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum, trecentos et nonaginta dies: et portabis iniquitatem domus Israel.

6. Et cùm compleveris hæc, dormies super latus tuum dexterum secundò, et assumes iniquitatem domus Juda quadraginta diebus: diem pro anno, diem, inquam, pro anno, dedi tibi.

7. Et ad obsidionem Jerusalem convertes faciem tuam, et brachium tuum erit extentum et prophetaabis adversus eam.

8. Ecce circumdedi te vinculis; et non te convertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tue.

9. Et tu sume tibi frumentum, et hordeum, et fabam, et lentem, et milium, et viciam: et mitte ea in vas unum, et facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum: trecentis et nonaginta diebus comedes illum.

10. Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore usque ad tempus comedes illum.

11. Et aquam in mensurâ hibes, sextam partem hin: à tempore usque ad tempus hibes illum.

12. Et quasi subincinerium hordeaceum comedes illum: et stercore quo egredietur de homine, operies illum in oculis eorum.

13. Et dixit Dominus: Sic comedent filii Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas ejiciam eos.

14. Et dixit: A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta: et morticinium, et laceratum à bestiis non comedi ab infantia meâ usque nunc, et non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

15. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi finem bonum pro stercoreibus humanis: et facies panem tuum in eo.

16. Et dixit ad me: Fili hominis, ecce ego contarem baculum panis in Jerusalem: et comedent panem in pondere et in sollicitudine, et aquam in mensurâ et in angustia bibent.

17. Ut deficientibus pane et aquâ, corrumpat unusquisque ad fratrem suum, et contabescant in iniquitatibus suis.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LATIUS. Philosphantur de latere aliqui Hebræi, cur jubeat Ezechiel dens laterem sumere, potius quàm tabulam, cùm in tabulâ, non

mettez-la devant vous, et tracez dessus la ville de Jerusalem.

2. Figurez un siège formé contre elle, des forts bâtis, des levées de terre, une armée qui l'environne, et des machines de guerre autour de ses murs.

3. Prenez aussi une poêle de fer, et vous la mettez comme un mur de fer entre vous et la ville; et regardez-la d'un visage ferme, et elle sera assésée; et vous l'assiégerez. C'est un signe pour la maison d'Israël.

4. Vous dormirez aussi sur le côté gauche, et vous metrez les iniquités de la maison d'Israël sur ce côté-là, pour autant de jours que vous dormirez dessus; et vous prendrez sur vous leurs iniquités.

5. Je vous ai donné trois cent quatre-vingt-dix jours pour les années de leurs iniquités; et vous porterez l'iniquité de la maison d'Israël.

6. Et lorsque vous aurez accompli ceci, vous dormirez une seconde fois sur votre côté droit; et vous prendrez sur vous l'iniquité de la maison de Juda pendant quarante jours; c'est un jour que je vous donne pour chaque année; un jour, dis-je, pour chaque année.

7. Vous tournerez le visage vers le siège de Jerusalem, et votre bras sera étendu; et vous prophétiserez contre elle.

8. Voilà que je vous ai environné de chaînes tout autour; et vous ne vous retourneriez point d'un côté sur l'autre, jusqu'à ce que les jours du siège que vous formerez soient accomplis.

9. Prenez aussi du froment, de l'orge, des fèves, des lentilles, du millet, et de la vesce; mettez-les dans un vaisseau, et faites-vous-en des pains pour autant de jours que vous dormirez sur le côté; vous les mangerez pendant trois cent quatre-vingt-dix jours.

10. Ce que vous mangerez chaque jour sera du poids de vingt sicles; et vous n'en mangerez d'un temps à un autre.

11. Vous boirez aussi de l'eau par mesure, la sixième partie d'un hin; et vous la boirez d'un temps à un autre.

12. Ce que vous mangerez, sera comme un pain d'orge cuit sous la cendre: vous le couvrirez devant eux de l'ordure qui sort de l'homme.

13. Et le Seigneur dit: Les enfants d'Israël mangeront ainsi leur pain tout souillé parmi les nations vers lesquelles ils les chasserai.

14. Alors je dis: Ah! ah! Seigneur Dieu! mon âme n'a point encore été souillée; et depuis mon enfance jusqu'à maintenant, jamais bête morte d'elle-même, ou déchirée par d'autres bêtes, ni aucune chair impure, n'est entrée dans ma bouche.

15. Le Seigneur me répondit: Voici que je vous donne de la fiente de bœuf, au lieu de ce qui sort du corps de l'homme; et vous ferez cuire votre pain dans la cendre de cette fiente.

16. Ensuite il me dit: Fils de l'homme, je vais briser dans Jerusalem la force du pain; ils mangeront le pain au poids et dans la frayeur, et ils boiront l'eau par mesure et dans une grande affliction d'esprit:

17. En sorte que n'ayant plus ni pain, ni eau, ils tomberont sur les bras les uns des autres, et sècheront de faim dans leur iniquité.



**VERS. 2.** — ET ORDINABIS, PONES; futurum pro proterito, sicut in omnibus verbis sequentibus ejusdem versūs. Et AMIFICABIS MUNITIONES, munitionem. R. Salomon dicit *diu* significare machinam, quia lapides in urbem projectilebantur, cujusmodi erat balista, aut catapultae. R. David putat turrim significare ligneam, quae ad capiendas urbes obsessas erigi solet. Noster interpret ubique veritū munitiones, ut 4 Regum, cap. 23, vers. 1, et Jerem., cap. 52, vers. 4. Scipitraginta, *propugnacula*. Et COMPORTABIS AGGEREM. Comportare aggerem dixit noster interpret, quia solent hostes, cum urbem obsidere volunt, aggeres ante se agere, atque promovere, ut tuti accedant. Hebraice est, et *fundes contra eam aggerem*, id est, deduces, dilatabis. ET DABIS, PONES, castrametabere. ET PONES ARIETES. Arietes latine dicuntur bellica instrumenta ē lignis confecta, ferro capite, quibus more arietum retrocedendo, ac impeta factio muri dejiciuntur, qui etiam Hebraice arietis appellantur, ut interpretatur R. Joseph Kimchi. Quamquam Chaldaeus paraphrastes, et R. Salomon, et R. David hoc loco, duces ac principes exponunt, sicut 4 Reg., cap. 11, vers. 4, 18. Sed hoc loco magis convenit, ut bellica instrumenta, quam ut duces significet; de instrumentis enim agatur, atque ita R. Joseph Kimchi interpretatur, hoc loco, et infra cap. 21, vers. 22. Eodem sensu Septuaginta verterunt, *ἀσπίδων*. Haec omnis pictura nihil aliud quam Jerosolymitanam obsidionem significabat.

**VERS. 5.** — SARTAGINEM FERREAM. Hieronymus et Theodorus ferream sartagine[m] Dei contra Jerosolymitanam iram designare putant, quod, cum natura sua mollis sit ac misericors, Jerosolymitanam iram quodammodo factus sit. Alii, ut R. David, Jerosolymitanam duritiam notare existimant. Ego simpliciter interpretor, sartagine[m] urbem significare, quia sartago mureo quodammodo circumdatur; ferrum autem si quid significat, urbis munitionem significare, quod inexpugnabilis esse videretur, quemadmodum si ferreos muros habuisset; fore tamen ut ab ira Dei, quae fortior est ferro, expugnaretur. Propheta enim Dei personam gerit, cum jubet contra eam obfirmare faciem, id est, irato vultu respicere, ut Theodorus exponit, ut Jerem. 21, 10: *Posui enim faciem meam super civitatem hanc in malum, et non in bonum*. Et cap. 44, vers. 11: *Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, et disperdam omnem Judam*. Et Levit. 17, 10: *Obfirmabo faciem meam contra animam illius, et disperdam eam de populo suo*. Potest etiam Propheta personam hostium genere urbem obsidentium; sed eodem res redit. Nam hostes etiam ipsi personam Dei gerunt; quam ob rem Nabuchodonosorem regem Babylonis Deus scutum suum, vocare solet, quia eo ministro irae suae utebatur, ut Jerem. 25, 9, et 27, 6, et 43, 10. SIGNUM EST DOMUS ISRAEL, id est, haec omnia significant Jerosolymitanam obsidionem esse. Non vocat hoc loco Israel decem tribus, ut plerumque fieri solet: sed vocat ipsam urbem Jerosolymitanam, quae obsidenda erat.

**VERS. 4.** — ET TU DORMIES. Est valde difficile ac molestum in unum et idem latum semper incumbere, propterea per accubitum in latum penam significat et captivitate[m]. Nam qui captivi sunt non possunt se hinc illic convertere; sicut nec agros, qui non possunt se in lecto ex uno latere in aliud movere. Per latum autem sinistrum decem tribus significat, quia, ut putat R. David, plures erant, et solent homines ut plurimum in sinistrum latum cubare. Quod nimis futile est. Melius R. Salomon, quia Samaria, ubi decem tribus habitabant, Judea sinistra erat, ut dicitur infra, cap. 16, vers. 46: *Soror tua major Samaria, ipso et filio ejus, quae habitant ad sinistram tuam*. Ego propterea per sinistrum latum decem tribus, per dextrum Judam designari arbitror, quod Juda dignior esset, quia et regnum et sacerdotium in ea erat. Et PONES INIQUITATES, id est, ponas iniquitatem, ut Psalmo 57, 5: *Iniquitates meae supergressae sunt caput meum*. Et Psal. 59, vers. 15: *Comprehenderunt me iniquitates meae*. Genus est usitatum prophetiae, quo non solum verbis futura praedicuntur; sed etiam factis praemonstrantur, quale capite sequenti, cum jubetur propheta barbam et capillum radere: quae omnia non re quidem ipsa, sed solo prophético spiritu facta esse credendum est.

**VERS. 5.** — EGO AUTEM DEEM TIBI, id est, praescripsi tempus trecentorum nonaginta dierum, quibus cubans super latum sinistrum iniquitates Israel assumas, quia trecentos nonaginta annos punietur, et dedi tibi diem pro anno, ut Hieron. interpretatur; qui annos ita numerat: Sub rege Phacee filio Romelae, qui in Israel viginti regnavit annos, venit Teglathphalasar rex Assur, et cepit Aion et Abel, domum Moacha, et Janoc, et Cedec, et Asor, et Galaad, et Galileam, et universam terram Nephthali, et transtulit eos in Assyrios, 4 Reg., cap. 15, vers. 27, 28, 29. Post quem regnavit in Israel Osee filius Hela annis novem, captusque est cum omni Samaria a Salmanasar rege Assyriorum, et translatus est in Hala; et in Habor, juxta fluvium Gazam in civitatibus Medorum; sexto autem anno Ezechiae regis Juda captus est Osee rex Israel, 4 Reg., cap. 17, 1, 6, 23, 24, et cap. 18, 1. Si a sexto Ezechiae anno usque ad vicesimum nonum (tot enim regnavit annis) numeremus, viginti quatuor reperiemus, 4 Reg., 18, 2, cui successit Manasses, regnavitque annis quinquaginta quinque. Post hunc Anon regnavit annis duobus. Post quem Joselium cognomento Jehonias, qui statim ductus est in captivitate[m], regnavitque pro eo Sedechias annis undecim, sub quo capta est Jerosolym, templumque destructum. Fiant itaque a prima captivitate Israel, quae facta est sub rege Phacee, usque ad undecimum annum Sedechiae, quo templum desolatum est, anni centum sexaginta quatuor. A secundā, cum captus est Osee, et omnis subversa Samaria, anni centum triginta quinque. Fierunt anni desolationis templi anni septuaginta, qui additi primae captivitate[m] faciunt annos ducentos triginta quatuor. Secundo autem anno Darii regis Persarum templum extractum est a Zorobabel, qui regnavit annis

triginta sex. Post quem regnavit Xerxes filius Darii annis viginti, post quem Artabanus mensibus septem, Xerxes Longimanus annis quadraginta, Xerxes mensibus duobus, Sogdianus mensibus septem. Darii cognomento Nottius annis decem et novem. Artaxerxes cognomento Mnemon annis quadraginta, quo tempore populus Iudaeorum recepit pristinam libertatem. Finit quo a secundo anno Darii anni centum quinquaginta quinque, menses quatuor. Qui additi superioribus annis ducentis triginta quatuor faciunt annos trecentos octoginta novem et menses quatuor. Hebraei, ut R. Salomo et R. David hoc loco non putant annos, quibus Israelitae puniti sunt, sed quibus peccaverunt, denotari, annorumque numerum colligunt ex *sider olam*, quod mihi minime probatur. Non enim de illorum peccatis, sed de panis propheta vaticinatur, propterea jubetur a Deo portare iniquitates eorum.

**VERS. 6.** — ET ASSUMES, id est, portabis, ut versu precedenti, non reipsa, sed soli figurā. QUADRAGINTA DIEBUS, DIEM PRO ANNO, DIEM, IN QUAM, PRO ANNO, Phrasim Hebraicā; id est, singulos dies pro singulis annis, hanc vim habet repetitio. Itaque significat Judam quadraginta annos esse puniendum; quos Hieronymus a primo Jehonias anno, cum ille cum matre et principibus in captivitate[m] Babylonicam ductus est, 4 Reg., 24, 15, usque ad primum Cyri regis Persarum annum numerandos putat; quo tempore captivitas laxata est, ut scribitur, lib. 1 Esdrae, cap. 1. Theodorus in praefatione, ab eo tempore quo Jeremias captivitate[m] septuaginta annorum praedixerat, hoc est, 18 anno Josiae, usque ad reditum populi in Judaeam quemadmodum, cap. 1, v. 1, explicatum a nobis est. Itaque cum haec propheta Ezechielis patefacta est, jam triginta anni captivitate[m] effluerant; quadraginta vero superabant.

**VERS. 7.** — ET AD OBSIDIONEM JERUSALEM, id est, ad Jerusalem, quae obsidetur. Vocat obsidionem per anticipationem, quia obsidenda erat; nondum enim obsidebatur. CONVERTES FACIEM TUAM, praeparabis faciem tuam, id est, obfirmabis, sicut hostis, cum obfirmat faciem in urbem impetum facit. Gerebat enim Ezechiel hostis personam qui Jerosolym obsessurus erat. ET BRACHIUM TUUM ERIT EXTENTUM, more hominis pugnantis, ut significet fore ut hostis pugnet contra Jerusalem. Hebraice nudatum: solebant enim olim milites nudati pugnare brachiis, quod hodie quoque Africani, et multae barbarae nationes faciunt.

**VERS. 8.** — CIRCEDEMI TE VINCLIS. Ne tibi possis ex uno in alterum latum convertere. Hic propheta gerit personam civitatis, sicut versu precedenti gerebat personam hostis. Vincula verò captivitate[m] signa sunt; quod autem ex uno latere in alterum sese vertere non possit, indicat fore ut Judei ita captivi teneantur, ut non possint, cum velint, in patriam redire, donec tempus a Deo definitum effluerit.

**VERS. 9.** — ET TU SCIVE. Haec omnia nihil aliud indicant, quam famem quae decem tribus spatio trecentorum nonaginta annorum in captivitate affligenda

erant. Solent enim homines in magna fame, non solum ex tritico, sed etiam ex omni genere leguminis panem conficere.

**VERS. 10.** — IN PONERE, id est, non quantum voles, sed certo pondere, ut in magna fame fieri solet. Pondus autem praescribit illi viginti stateres singulis diebus. Hebr., *viginti siclos*; idem autem est Latinis et Graecis stater, quod Hebraeis siclus, drachmae scilicet quatuor, id est, dimidia pars unice, ut Hieronymus putat. Itaque jubetur propheta decem tantum uncias panis singulis diebus comedere. Alii quinque tantum uncias viginti stateres aut siclos interpretantur. Existimant enim staterem aut siclum quartam esse partem unius unice. A tempore usque ad tempus, id est, hac mensura non uteris quando voles, sed certo definitoque tempore, ab uno scilicet vespere ad alium per viginti quatuor horarum spatium: vel hac mensura uteris singulis diebus a tempore, quo cubare coepit in latum sinistrum, usque ad tempus, quo cubare desines. Solet in magna fame et in obsidione panis certo pondere praescribi. Atque hoc est quod futurum indicat.

**VERS. 11.** — ET AQUAM IN MENSURA, id est, non quantum voles; sed sextam tantum partem hin, quae erat, ut ait Hieron., pars sextarii Italici, quae minima mensura est. A tempore usque ad tempus, ut versu precedenti, BIBES ILLUD. Illud non est Hebraice, quamquam Septuag. etiam verterunt *etiam*.

**VERS. 12.** — ET QUASI SUBCIVERICUM. Hoc etiam eo pertinet, ut summam omnium rerum penuriam ostendat. Solent enim qui in obsidione et captivitate sunt parubili subciviericium pane uti, coctoque non sub prunis lignorum, sed sub stercore bovum et aliorum animalium; quod hodie quoque nonnullis in locis lignorum penuria fieri videmus. Hoc est, quod dicit, STERCORE QUOD EGREDITUR DE HOMINE OPERIES ILLUD, non enim jubet *operire*, id est, aspergere quasi condimento; sed *operire* ut coquat, ut significet tantam omnium rerum penuriam futuram esse, ut ne stercus quidem homum aut eorum ad coquendum panem reperiri possit; opusque sit stercore humano panem coquere. Id est, verbo Hebraico manifestum est. *Cogues illam*, Sept., *operies*. IN OCVLIS DOMUM (captivorum) ut est, illis videntibus, ut hoc signo suam futuram miseriam intelligant.

SIC COMEDENT FILII ISRAEL, id est, decem tribus: de illis enim nunc agit. PANEM POLLEUM, id est, sordidum, stercore humano coctum. ISTER GENTES, id est, in captivitate.

**VERS. 14.** — ET DIXI. Ego Ezechiel. Heb.: *Ahab*, una dictio est, quam noster interpret, aut fortasse scriptores in tres divisere, ut Jerem., cap. 1, 6, et cap. 14, 15, et infra, cap. 20, 49, et Joel, 1, 15. MORTIFICUM ET LACERATEM A BESTIIS. Utrumque enim tanquam immundum lege prohibebatur, Levit. 11, 1, 24, et cap. 17, 15. Argumentatur autem a majore ad minus quasi dicat: Si carnem immundam nunquam edi, quomodo edam panem stercore humano involutum?



VERS. 15. — ET DIXIT AD ME. DEUS. ECCE DEDI TIBI DO, PRÆTERITUM PRO PRÆSENTI, FIMUM BOVM PRO STERCORIBUS HUMANIS. Indicat se in maxima etiam ira aliquid esse de sua summa severitate remissurum, cum enim iratus fuerit, misericordiae recordabitur, Habac. 3, 2.

VERS. 16. — ET DIXIT. Explicat superiore figuram. ECCE EGO CONTERAM BACULUM PANIS, id est, tollam panem, famemque immittam; phrasim Hebraica, quæ panis baculus aut virga vocatur, quia sicut baculo, ita pane corpus sustentatur, ut infra, cap. 5, 16, et c. 14, 15, et Levit. 26, 26. In JERUSALEM. Cum ageret de decem tribubus, ut constat ex vers. 9, quomodo nunc concludit figuram de Jerusalem, videtur

## CAPUT V.

1. Et tu, fili hominis, sume tibi gladium acutum, radentem pilos : et assumes eum, et duces per caput tuum, et per barbam tuam : et assumes tibi stateram ponderis, et divides eos.

2. Tertiam partem igni combures in medio civitatis, juxta completionem dierum obsidionis : et assumes tertiam partem, et concides gladio in circuiitu ejus : tertiam verò aliam disperges in ventum, et gladium nudabo post eos.

3. Et sumes inde parvum numerum : et ligabis eos in summitate pallii tui.

4. Et ex eis rursum tolles, et projicies eos in medio ignis, et combures eos igni : et ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel.

5. Hæc dicit Dominus Deus : Ista est Jerusalem : in medio gentium posui eam, et in circuiitu ejus terras.

6. Et contempsit judicia mea, et plus esset impia quam gentes : et præcepta mea, ultra quam terræ quæ in circuiitu ejus sunt : judicia enim mea præceperunt, et in præceptis meis non ambulaverunt.

7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Quia superastis gentes, quæ in circuiitu vestro sunt, et in præceptis meis non ambulastis, et judicia mea non fecistis, et juxta judicia gentium quæ in circuiitu vestro sunt, non estis operati :

8. Ideò hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, et ipse ego faciam in medio tui judicia in oculis gentium ;

9. Et faciam in te quod non feci, et quibus similia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas.

10. Ideò patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres suos : et faciam in te judicia, et ventilabo universas reliquias tuas in omnem ventum.

11. Idcirco vivo ego, dicit Dominus Deus : Nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, et in cunctis abominationibus tuis : ego quoque confringam, et non parceret oculus meus, et non misereror.

12. Tertia pars tui peste morietur, et fame consumetur in medio tui : et tertia pars tui in gladio cadet in circuiitu tuo : tertiam verò partem tuam in omnem

de utraque captivitate Israel et Juda ænigma proposuisse ; sed brevitas causâ in propositione, Jerusalem : in conclusione verò, Israellem prætermisisse. Itaque intelligendum est Prophetam, quævis in non fuerit explicatum, prius trecentos et nonaginta dies propter Israel ; deinde quadraginta propter Jerusalem subcinericium panem comedisso.

VERS. 17. — UT DEFICIENTIBUS. Eò quòd deficiet panis et aqua. CORRUCAT UNUSQUISQUE, id est, unus hic, alter illic fame examinatus corrucet. Hebr. et ob-suspescent vir et frater ejus, id est, omnes inter sese. Hebraismus. ET CONTABESCENT IN INQUITATIBUS SUIS, id est, propter iniquitates suas, aut, ob gravissimas poenas iniquitatum suarum.

## CHAPITRE V.

1. Et vous, fils de l'homme, prenez un rasoir tranchant ; faites-le passer sur votre tête et sur votre barbe, pour en raser tous les poils ; et prenez un poids et une balance pour les partager.

2. Vous en mettez un tiers au feu, et le brûlez au milieu de la ville, à mesure que les jours du siège s'accompliront ; vous en prenez un autre tiers, et vous le coupez avec l'épée autour de la ville : vous jetterez au vent les poils du tiers qui restera ; et je les poursuivrai l'épée nue.

3. Et vous prendrez de cette troisième partie un petit nombre, que vous lierez au bord de votre manteau.

4. Vous tirerez encore quelques-uns de ceux-ci, et vous les jetterez au milieu du feu, et les y brûlez, d'où il sortira une flamme qui se répandra sur toute la maison d'Israël.

5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : C'est là cette Jérusalem que j'ai établie au milieu des nations, et qui est environnée de leurs terres.

6. Elle a méprisé mes ordonnances, jusqu'à se rendre plus impie que les nations, et elle a violé mes préceptes plus que toutes celles qui sont autour d'elle ; car ils ont foulé aux pieds mes ordonnances, et ils n'ont point marché dans mes préceptes.

7. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez surpassé en impiété les nations qui sont autour de vous, que vous n'avez point marché selon mes préceptes, que vous n'avez point observé mes ordonnances, et que vous n'avez pas même agi comme les peuples qui vous environnent ;

8. Je viens à vous maintenant, dit le Seigneur Dieu, et j'exercerai moi-même mes jugements au milieu de vous, à la vue des nations ;

9. Et je ferai parmi vous des choses que je n'ai jamais faites, et que je ne ferai jamais, pour punir toutes vos abominations ;

10. Les pères mangeront leurs enfants au milieu de vous, et les enfants mangeront leurs pères ; j'exercerai chez vous mes jugements, et je disperserai de tous côtés tous ceux qui seront restés de vous.

11. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que, comme vous avez violé mon sanctuaire par tous vos crimes et par toutes vos abominations, je vous réduirai aussi en poudre ; que mon oeil vous verra sans être fléchi, et que je ne serai point touché de compassion.

12. Le tiers d'entre vous mourra de peste, et sera consumé par la faim au milieu de vous ; l'autre tiers sera passé au fil de l'épée autour de vos murs ; et

ventum dispergam, et gladium evaginabo post eos.

13. Et complebo furorem meum, et requiescere faciam indignationem meam in eis, et consolabor : et scient quia ego Dominus locutus sum in zeio meo, cum implevero indignationem meam in eis.

14. Et dabo te in desertum et in opprobrium gentibus, que in circuiitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis.

15. Et eris opprobrium et blasphemia, exemplum et stupor in gentibus que in circuiitu tuo sunt, cum fecero in te judicia in furore, et in indignatione, et in increpationibus ira.

16. Ego Dominus locutus sum : quando misero sagittas famis pessimas in eos, que erunt mortifera, et quas mittam ad disperdam vos : et famem congregabo super vos, et conteram in vobis baculum panis.

17. Et immittam in vos famem, et bestias pessimas usque ad inter necem : et pestilentia et sanguis transibit per te, et gladium inducam super te. ego Dominus locutus sum.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — RADENTEM PILOS, id est, novaculam, sicut Hebraice est, *novaculam tonsorum*, id est, quæ tonsores uti solent. *STATERAM PONDERIS*, id est, libram, quæ res graves ponderari solent : aut, ut alii interpretantur, justam, probati ponderis. *NOVACULA GLADIUM* Nabuchodonosori R. Salomon significari putat. *Ego iram potius Dei, qui nihil potest resistere : stateram autem judicium ejus et providentiam alios aliis modis castigantis. Capillos capitis civis Jerosolymitanos ; barbe verò eos, qui in vicinis urbibus habitabant.*

VERS. 2. — TERTIAM PARTEM IGNI COMBURES. Ignis famem et pestem significat, quæ intra urbem multi mortui sunt, ut explicatur v. 12. *IN MEDIO CIVITATIS ;* quam in latere descripsisti, ut interpretatur R. David. *JUXTA COMPLETIONEM*, id est, cum completi fuerint dies obsidionis, ut ait R. Sal., ut alii interpretantur ; combure ex illa tertia parte capillorum quotidie aliquot, donec dies obsidionis compleantur, id est, quadraginta, aut, ut alii dicunt, quadringenti triginta. *CONJUNGUNT ENIM QUADRAGINTA JERUSALEM CUM TRECENTIS NONAGINTA ISRAELIS, atque ita R. David ; quod idcirco mihi non placet, quia dies illi non tempus obsidionis, sed captivitatis designant ; non enim fuit obsessa Jerusalem quadraginta annos, neque quadringentos triginta : dies autem tot erant, et datus fuerat dies pro anno capite præcedenti vers. 6. ET CONCIDES GLADIO IN CIRCUITU EJUS.* Hebr., in circuiitu ejus, id est, in vicinis urbibus. Significabat enim hæc tertia pars eos qui in urbibus Judææ, et in expugnatione Jerosolymitanâ ab hostibus interfecti sunt, ut declaratur vers. 12. *GLADIUS AUTEM HOSTEM significat. TERTIAM VERO PARTEM.* Hi fuerunt, qui in Ægyptum fugerunt cum Johânnâ filio Caræ, ut scribit Jerem., cap. 43, quemadmodum quidam interpretantur ; vel, ut ego arbitror, omnes, qui vel

je disperserai de tous côtés le tiers qui sera resté, et je les poursuivrai l'épée nue.

13. Passivrai ma fureur, je satisferai mon indignation dans leurs maux, et je serai consolé ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, qui ai parlé dans ma colère, lorsque mon indignation se sera satisfaite dans leurs maux ;

14. Et je vous réduirai en un désert, je vous rendrai l'objet des insultes des nations qui sont autour de vous, à la vue de tous les passans.

15. Et vous deviendrez, à l'égard des peuples qui vous environnent, un sujet de mépris et de malédiction, et un exemple terrible et étonnant, lorsque j'aurai exercé mes jugements au milieu de vous, dans ma fureur, dans mon indignation, et dans toute l'effusion de ma colère.

16. C'est moi qui suis le Seigneur, qui ai parlé, lorsque je lancerai les flèches perçantes de la famine qui seront mortelles, et que je les lancerai pour vous perdre ; lorsque j'enverrai de toutes parts la famine pour vous accabler, et que je briserai parmi vous la force du pain ;

17. Lorsque je ferai venir tout ensemble la famine et les bêtes les plus cruelles, pour vous exterminer entièrement ; que la peste et le sang régneront parmi vous, et que je vous ferai passer au fil de l'épée. C'est moi, le Seigneur, qui ai parlé.

in captivitate ducti, vel in exilium missi sunt. *ET GLADIUM NUDABO POST EOS ;* id est, adhuc in eos gladium immittam, adhuc contra eos bellum excitabo. Nam propter eos, qui noluerant se regi Babylonis dedere, sed in Ægyptum confugerunt, Deus Nabuchodonosore contra Ægyptios excusavit, Jer. 45. Hoc idem est quod prædixit Jer. c. 42, 46 : *Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terrâ Ægypti.*

VERS. 3. — ET SUMES INDE, id est, ex tertia parte, quæ nec fame, neque peste, neque gladio in Judæâ occidetur ; sed dispergetur in gentes. *PARVUM NUMERUM ;* per parvum numerum intelligit, ut putat R. David, decem millia hominum, quos Nabuchodonosor transtulit Babylonem cum Jechemia, 4 Regum 24, 14. Illi enim quia sese sponte regi Babylonis tradiderunt servati sunt, tanquam res, quæ, ne amittantur, in orâ vestis ligari solent.

VERS. 4. — ET EX EIS. Ex illis paucis numero, ex illis decem millibus. Hoc Hebræorum interpretes R. David et R. Salomon de Achab et Sedecia interpretantur, quos rex Babylonis igne frixit, Jerem. 29, 22, unde assumpta est : *Maledictio omni transmigrationi Judæ, quæ est in Babylone, dicentium, ponat te Dominus sicut Sedeciam, et sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne.* Atque hoc esse putant, quod hoc loco dicitur. *ET EX EO EGREDIETUR IGNS IN OMNEM DOMUM ISRAEL.* Ego aliter intelligi posse arbitror ; illos pseudo prophetas Achab et Sedeciam, qui populo persuadebant fore ut nunquam urbs Jerosolymitana caperetur, in causâ fuisse, ut non solam capta, sed etiam incensa fuerit, quia se civis falsis eorum vaticiniis persuasi delere noluerunt. Hieronymus, et eum secuti multi aliter hunc locum exponunt ; sed hic mihi videtur verus esse sensus. Israellem ergo hoc loco non solum decem tribus, sed generaliter omnes Judæos vocat.



VERS. 5. — HÆC DICIT DOMINUS. Incipit superiorem prophetiam explicare. HÆC ISTA EST JERUSALEM, id est, Jerusalem per capillos tuos significatur; aut, hæc terra pars capillorum, quæ vento dispergiatur, significat Jerusalem. IN MEMO GENTIUM POSUI EAM, id est, quam per omnes gentes dispersi; aut, quam omnibus gentibus prædam dedi. ET IN CIRCUITU EJUS TERRAS, id est, habitare feci in medio alienarum terrarum; vel, ut Hebræi interpretantur, posui eam in medio terræ, id est, optimo loco collocavi, et quasi in umbilico orbis sitam variis undique terris circumdedi, sicut infra cap. 58, 12, umbilicum terræ vocat. Est ergo exprobratio quasi dicat: Cum ego illam omnibus bonis cumulaverim, illa judicia mea contempsit.

VERS. 7. — QUIA SUPERASTIS GENTES. Recitat Hieronymus varias hujus loci versiones. Hebr., quia multitudo vestra (aut tumultus vester) præ gentibus, id est, quia omnes gentes multitudinè superasti, quia te plus quam omnes gentes multiplicavi, et tamen in præceptis meis non ambulasti; idè cece ego ad te, et ego ipse faciam in medio tui judicia in oculis gentium: aut, quia multiplicavi vos præ omnibus gentibus, et bonis cumulavi, idè in præceptis meis non ambulastis. *Incrassatus enim est dilectus, et recalcitavit*, Dent. 32, 15. Ita R. David in commentariis, et in lib. rad. Ego interpretationem Hieronymi, Chaldaei paraphrasæ, et R. Salomonis magis præbo. *Quia superastis gentes peccatis, et in præceptis meis non ambulastis, idè ego faciam in medio tui judicia. Et iuxta iudicia gentium; quia gentes non mutaverunt deos suos, vos autem Deum vestrum dereliquistis, ut Jerem. 2, 10, 11: Transite ad insulas Cethim et videte; et in Cedar militate, et considerate vehementer; et videte si factum est hujusmodi. Si mutavit gens deos suos, et certè ipsi non sunt dii; populus verò meus mutavit gloriam suam in idolum. Solet Deus aliis locis populo suo obijcere quòd vitia gentium imitatus sit, ut Psalm. 105, 56: Et commisit sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum. Hoc autem loco exprobrat quòd constantiam gentium non sit imitatus.*

VERS. 8. — FACIAM IN MEMO TUI, id est, publicè de te pones sumam videntibus omnibus gentibus; ut cognoscat te gravius quam se puniri, quia gravius peccasti; et quemadmodum vos fecistis quæ gentes non fecerunt; ita ego vobiscum faciam, quæ cum gentibus non feci.

VERS. 10. — PATRES COMEDENT FILIOS. Id in obsidione Jerosolymitana accidisse Jeremias testatur. Thren., cap. 2, 26, et cap. 4, 10, et Baruch. 2, 5. *Ventilabo universas reliquias tuas, id est, dispergam per omnes gentes eos, qui in te à fame, peste et gladio reliqui fuerunt, qui per tertiam capillorum partem in ventum projectam significabantur.*

VERS. 11. — VIVO EGO. Forma jurandi Dei; id est, tam verum est quòd dico, quam me esse Deum viventem; aut, per vitam meam, id est, noto haberi Deum vivens, si quòd dico verum non est. Nisi si

non. Sæpè adnotavimus post verba jurandi apud Hebræos si, idem valere, quòd non, si non, idem ac, quòd non; id est, negationem pro affirmatione, affirmationem pro negatione poni, ut Psal. 94, 11: *Quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam, id est, quod non introibunt. Quod sanctum meum, sanctitatem meam, sanctuarium meum, templum meum, in quo me colere debelatis, idolis contaminastis. Idola enim offensiones et abominations Hebræo more vocat. Hebr., in omnibus abominationibus, et execrationibus tuis. Idem enim utrumque verbum significat, similis sententia Jerem. 7, 50: *Posuerunt offendicula sua (id est, idola) in domo, in quâ invocatum est nomen meum, ut polluerent eam; et cap. 11, 15: Quid est quòd dilectus meus in domo meâ fecit scelera multa? et cap. 25, 11: In domo meâ invenii malum eorum; et cap. 32, 54: Posuerunt idola sua in domo, in quâ invocatum est nomen meum. Ego quoque confringam, id est, sicut tui violasti legem meam, ita ego violabo pactum meum, quòd promiseram fore ut tui misererem, et non miserebor; Jerem. 18, 9, 10: *Et subito loquar de gente, et de regno, ut edificem et plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, penitentiam ego super bono, quòd locutus sum ut facerem ei. Hebr., etiam ego minuem, gloriam tuam, sicut tui gloriam meam in domo meâ minui, ut exponit R. David. Chald. Paraph. : Ego quoque brachium tuum conteram. Septuag. Ego etiam abijciam te.***

VERS. 15. — ET COMPLEBO, id est, satiabo furorè meum puniendo illos. Hebr., *finietur ira mea*, id est, explebitur, extaturabitur. ET REQUISERE FACIAM, id est, cessare faciam. IN EIS; illis puniendis; et experientur reipsa suoque malo me Deum fuisse, et non hominem, qui in meâ indignatione locutus sum, id est, verum dixisse, evenisseque quòd illis comminatus fueram.

VERS. 15 et 16. — ET ERIS OPPROBRIUM, ET BLASPHEMIA. Hebr., opprobrium et convitium. Idem enim utrumque nomen significat. EGO DOMINUS ENIM SUM. Similes comminationes apud Jeremiam frequentissimæ sunt, ut cap. 19, 8: *Ponam civitatem hanc in stuporem et in sibiolum*, et cap. 25, 9, 11, 18, et 29, 18. *SAGITTAS FANIS. Sagittas fanis per metaphoram vocat urendinem, rubiginem et locustam, ut ait R. David. Quia à Deo tanquam sagittæ mittuntur. Propterea dicit statim: ET FANEM CONGREGABO SUPER VOS; id est, bruchum, locustas, et cætera quæ fanem solent afferre. Mutat personam; prius enim dixerat, in eos; Nunc dicit: *Disperdam vos, et fanem congregabo super vos. Et conteram in vobis baculum panis.* Vido eandem phrasim explicatam supra, cap. 4, 16, et Levit. 26, 26.*

VERS. 17. — PESTILENTIA, ET SANGUIS, pestis et bellum. *Transibunt; grassabuntur.* Hebræisimus, qualis ille Psalm. 87, 17: *In me tranterunt ira tua; et terrores tui conturbaverunt me; et Psal. 41, 8: Fluctus tui super me tranterunt.*

## CAPUT VI.

## CHAPITRE VI.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: -
2. Filii hominis, pone faciem tuam ad montes Israel, et prophetabis ad eos,
3. Et dices: Montes Israel, audite verbum Domini Dei. Hæc dicit Dominus Deus montibus, et collibus, rupibus, et vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium, et disperdam excelsa vestra: -
4. Et demoliar aras vestras, et confringentur simulacra vestra: et dejiciam interfectos vestros ante idola vestra.
5. Et dabo cadavera filiorum Israel ante faciem simulacrorum vestrorum: et dispergam ossa vestra circum aras vestras.
6. In omnibus habitationibus vestris, urbes deserte erunt, et excelsa demolientur et dissipabuntur: et interibunt aræ vestræ, et confringentur: et cessabunt idola vestra, et conterentur delubra vestra, et delebuntur opera vestra.
7. Et cadet interfectus in medio vustri: et scietis quia ego sum Dominus.
8. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cum dispersero vos in terris.
9. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captivi ducti sunt: quia contrivi cor eorum fornicans et recedens à me, et oculos eorum fornicantes post idola sua; et displicebunt sibi met super malis que fecerant in universis abominationibus suis.
10. Et sciet, quia ego Dominus non frustra locutus sum, ut facerem eis malum hoc.
11. Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, et allide pedem tuum, et dic: Heu, ad omnes abominations malorum domus Israel, quia gladio, fame, et peste ruituri sunt.
12. Qui longè est, peste morietur: qui autem propè, gladio cornuet, et qui relictus fuerit et obsesus, fame morietur: et complebo indignationem meam in eis.
13. Et scietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, et in cunctis summitatibus montium, et subitis omne lignum nemorosum, et subitis universam quercum frondosam, locum ubi accenderunt thura redolentia universis idolis suis.
14. Et extendam manum meam super eos: et faciam terram desolatam, et destitutam à deserto Deblatha, in omnibus habitationibus eorum, et sciet quia ego Dominus.

## COMMENTARIUM.

VERS. 2. — PONE FACIEM TUAM, id est, audacter et libere loquere. AD MONTES ISRAEL. Israelclem non vocat hoc loco decem tribus, quæ jam in captivitate versabantur, sed generaliter omnem populum Judæorum. Cur adversus montes prophetam Deus vaticinari jubet, vers. 4, significatur, quòd nimirum in montibus idolorum aræ essent.

VERS. 3. — AUDITE. Prosopopeia, montibus enim

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit: -
2. Fils de l'homme, tourne le visage vers les montagnes d'Israël, et prophétise sur elles.
3. Et dis-leur: Montagnes d'Israël, écoutez la parole du Seigneur Dieu. Voici ce que dit le Seigneur Dieu aux montagnes, aux collines, aux rochers, aux vallées: Je vais faire tomber l'épée sur vous; je détruirai vos hauts lieux.
4. J'abatirai vos autels, je briserai vos statues, et je ferai tomber devant vos idoles ceux qui seront tués au milieu de vous.
5. J'étendrai les corps morts des enfants d'Israël devant vos statues, et je répandrai vos os autour de vos autels.
6. Les villes seront désertes dans tout le pays où vous habitez, les hauts lieux seront détruits et renversés; vos autels tomberont et seront débrisés, vos idoles ne seront plus adressées; vos temples seront absents, et vos ouvrages périront.
7. Il se fera un carnage d'hommes au milieu de vous; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

8. Néanmoins je m'en réserverai parmi vous quelques-uns qui auront échappé à l'épée des nations, lorsque je vous aurai dispersés parmi les peuples.
9. Et ceux d'entre vous qui auront été délivrés, se souviendront de moi parmi les nations, où ils auront été emmenés captifs; parce que je briserai leur cœur, qui était tombé dans la fornication, en se retirant de moi, et j'éclaircirai leurs yeux, qui s'étaient corrompus par la fornication, en se prosternant aux idoles; et ils se déploreront à eux-mêmes, à cause des maux qu'ils auront faits dans toutes les abominations où ils sont tombés.
10. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, et que ma parole n'a pas été vaine, lorsque je leur ai prédit que je leur ferais ces maux.
11. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Frappez de la main et battez du pied, et dites: Malheur sur tous les crimes, et sur toutes les abominations de la maison d'Israël, parce qu'ils périrent par l'épée, par la famine, et par la peste.
12. Celui qui est loin, mourra de la peste; celui qui est près, tombera par l'épée; celui qui sera resté, et qui sera assiégé, mourra de faim; et mon indignation s'assouira dans leur supplice.
13. Et vous saurez que je suis le Seigneur, lorsque vos corps morts et tout sanglant seront étendus au milieu de vos idoles, autour de vos autels, sur toutes vos collines élevées, et sur toutes vos hautes montagnes, sous tous vos arbres chargés de feuilles, sous tous vos chênes touffus, et dans les lieux où l'on sentait auparavant l'odeur des encens que vous brûliez en l'honneur de vos idoles.
14. Et j'étendrai ma main sur eux; et je rendrai la terre toute désolée et abandonnée, depuis le désert de Deblatha, dans tous les lieux où ils habitent; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

sensum attribuit, ut Moses celo acteræ, Deut. 34: *Audite, caeli, quæ loquor; audiat terra verba oris mei.* RUPIBUS ET VALLIBUS. Hebr., *torrenibus et vallibus*, ut vertit Chaldeus paraphrasæ. His enim in locis idolis solebant sacrificare, ut explicatur vers. 15, Deut. 12, 2, et 5 Reg. 14, 23, et 4 Reg. 16, 4. *Inducam super vos gladium*, id est, hostem, bellum.

VERS. 4. — INTERFECTOS VESTROS; id est, civis ve-



stros, qui in vobis habitant, prosternant ante idola quæ in vobis sunt.

VERS. 6. — UBES DESERTÆ ERUNT. Deest, quod apud Hebræos et Septuaginta legitur, in omnibus habitationibus vestris, id est, omnibus in locis, in quibus habitatis, in omnibus regionibus, quæ à vobis habitantur, urbes vestre deserte erunt; et aræ vestre deiciantur. ET DISPARIENTUR, ET INTERIBUNT. Hebr., ita ut destruantur, et vastentur aræ vestre, et confringantur ac deleantur idola vestra, et excendantur simulacra vestra, et aboleantur opera vestra.

VERS. 7. — ET CADET INTERFECTUS. Singularis numerus pro plurali, ut adnotavit R. David, cadent interfecti, IN MEDIO VESTRI, id est, inter vos; significat hæc phrasim magnam stragem in populo futuram, ita ut homines de improviso concidant mortui.

VERS. 8. — ET RELINQUAM, id est, non omnes vos concidatis gladio; sed aliquot reliquos faciam, qui gladium gentium effugiant, et salvi sint. Hebr.: Et reliquiam (aliquos) ut sint vobis liberi à gladio inter gentes.

VERS. 9. — LIBERATI VESTRI, id est, qui ex vobis supersûtes fuerint, nec interfecti gladio. Quia contritio, præteritum pro futuro, quia conteram, cor eorum, id est, faciam ut eos peccati poeniteat, affligens eos longa captivitate; Vexatio enim dabit illis intellectum. Hebr., quando contrivero cor eorum. Cum enim occideret eos, quærebant eum, et revertentur; et ditulculo veniebant ad eum, Psalm. 77, 34. Septuag., juravi cordi eorum, quasi legerint nischabathi. FORNICANS ET RECEDENS A ME, id est, quod fornicari solet et à me discessionem facere, fornicationem autem usitato Scripturæ more idololatricam appellat. ET DISPLACEBUNT SIBI MET. Hebr., et excidentur in faciebù suis, ad verbum, id est, sibi ipsi displicebunt, ut optimè veritatis noster interpres; sicut apud Job 10, 4, excisa est anima mea, id est, dolet, cor mihi confoditur, et Latini loquuntur, quod noster interpres veritatis: Tædet animam meam vitæ meæ. Chaldaicus reddit, gement. Sept., et plangent in conspectu suo, id est, apud seipsum.

## CAPUT VII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Et tu, fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.
3. Nunc finis super te, et immittam furem meum in te; et iudicabo te iuxta vias tuas, et ponam contra te omnes abominationes tuas.
4. Et non parces oculis meis super te, et non miserere: sed vias tuas ponam super te, et abominationes tue in medio tui erunt; et scietis quia ego Dominus.
5. Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio una, afflictio ecce venit.
6. Finis venit, venit finis, evigilavit adversum te: ecce venit.
7. Venit contritio super te, qui habitas in terrâ: venit tempus, propè est dies occisionis, et non gloria montium.

VERS. 10. — NON FRUSTRA, id est, non sine causâ, sed ut eos affligendo corrigerem, et ad poenitentiam adducerem.

VERS. 11. — PERCUTE MANUM TUAM. Hebr.: Percute manu tuâ, sub. femur tuum, aut alteram manum, ut interpretatur R. David, ut infra 21, 12: Clama ut ulula, Fili hominis, quia hic factus est in populo meo; gladio traditi sunt cum populo meo; idcirco glaudie super femur. ET ALIDE PEDEM TUUM. Hebr., et percutite pede tuo; ut R. Salom. et R. David exponunt, eodem sensu Chald. et Septuag. Plaudite manus, et strepe pede. Solent qui vehementer ac subito dolore corripuntur, manu femur, et pede terram percutere. Quod idem jubet Deus facere prophetam, ut ingentis doloris significationem ingentem calamitatem impendere declararet. ET DIC: HEU! AD OMNES ABOMINATIONES, id est, propter omnes abominationes, sicut Septuag. explicarunt, super omnes abominationes domus Israel.

VERS. 15. — CUM FUERINT INTERFECTI VESTRI. Hebr., interfecti eorum, id est, cadavera eorum qui interficiendi sunt, IN MEDIO IDOLORUM quæ coluerunt; quasi dicat: Sapietis eorum exemplo.

VERS. 14. — ET EXTENDAM MANUM MEAM, id est, percutiam eos per Chaldaeos. Extendere manum, pro punire, nota phrasim, ut Psalm. 137, 7: Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et saltum me fecit dextera tua. A DESERTO DEBLATHA. Hebr., à deserto usque Deblatha. Putat R. David Deblatha esse eam quæ apud Jeremiam, cap. 39, 5, et 4 lib. Reg., cap. 25, 6, vocatur Reblatha, quæ civitas est in terrâ Emath in extremis Judææ finibus; propter similitudinem autem duarum litterarum dateth, et reseth, aliquando Deblatha, aliquando Reblatha dicit. Erat autem desertum iuxta Jerusalem alterâ ex parte; itaque indicat fore ut tota Judæa à principio usque ad finem vastetur. Meminit autem Deblathæ potius quàm alius loci, quia ibi Nabuchodonosor conedit, dum ejus exercitus Jerosolyma expugnaret, ut traditur lib. 4 Reg. cap. 25, et Jerem. 59, quemadmodum adnotavit R. David.

## CHAPITRE VII.

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit:
2. Et vous, fils de l'homme, voici ce que dit le Seigneur, le Dieu de la terre d'Israël: La fin vient; elle vient, cette fin, sur les quatre coins de la terre.
3. Votre fin est arrivée; je vais maintenant répandre ma fureur sur vous; je vous jugerai selon vos voies; et je ferai retomber sur vous toutes vos abominations.
4. Mon œil vous verra sans être fléchi, et je ne serai point touché de compassion; je mettrai sur vous le poids de vos crimes, vos abominations seront au milieu de vous, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.
5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Une affliction vient; et en voici encore une autre.
6. La fin vient, la fin est proche; elle s'avance contre vous; la voilà qui vient.
7. Vous qui habitez sur la terre, une ruine entière vient vous accabler. Le temps est venu, le jour est proche; le jour du carnage, et non celui de la gloire des montagnes.

8. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, et complebo furem meum in te; et te iudicabo te iuxta vias tuas, et imponam tibi omnia scelera tua:

9. Et non parces oculis meis, nec miserere, sed vias tuas imponam tibi, et abominationes tue in medio tui erunt: et scietis quia ego sum Dominus percitens.

10. Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinavit superbia:

11. Iniquitas surrexit in virgâ impietatis: non ex eis, et non ex populo, neque ex sonitu eorum: et non erit requies in eis.

12. Venit tempus, appropinquavit dies: qui emit, non leletur, et qui vendit, non legeat, quia ira super omnem populum ejus.

13. Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non revertetur, et adhuc in viventibus vita eorum: visio enim ad omnem multitudinem ejus non regredietur, et vir in iniquitate vite suæ non confortabitur.

14. Canite tubâ, preparate omnes; et non est qui vadat ad prelium; ira enim mea super universum populum ejus.

15. Gladius foris, et pestis et fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur, et qui in civitate, pestilentia et fame devorabuntur.

16. Et salvabuntur qui fugerint ex eis: et erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi, unusquisque in iniquitate suâ.

17. Omnes manus dissolvuntur, et omnia genua flent aquis.

18. Et accingent se cilicis, et operiet eos formido, et in omni facie confusio, et in universis capitibus eorum calvitium.

19. Argentum eorum foras projicietur, et aurum eorum in sterquilinum erit. Argentum eorum, et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, et ventres eorum non implebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

20. Et ornamentum montium suorum in superbiâ posuerunt, et imagines abominationum suarum et simulacrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedit illud in imunditiam:

21. Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, et impiis terræ in prædam, et contaminabunt illud.

22. Et advertam faciem meam ab eis, et violabunt arcam meam; et introibunt in illud emissarii, et contaminabunt illud.

23. Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, et civitas plena iniquitate.

24. Et adducam pessimos de gentibus, et possidebunt domos eorum: et quiescere faciam superbiâ potentium, et possidebunt sanctuaria eorum.

25. Angustiâ superveniente, requirunt pacem, et non erit.

26. Conturbatio super conturbationem venit, et auditus super auditum: et quærent visionem de propheta, et lex peribit à sacerdote, et consilium à senioribus.

8. Maintenant je répandrai de près ma colère sur vous; ma fureur se satisfera en vous; je vous jugerai selon vos voies, et je vous chargerai de tout le poids de vos crimes.

9. Mon œil vous verra sans être fléchi; je ne serai point touché de compassion; mais je mettrai sur vous le poids de vos actions criminelles; vos abominations seront au milieu de vous; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur qui vous frappe.

10. Le jour vient; le jour est déjà présent; la ruine est sortie; la verge à fleurir; l'orgueil a poussé ses rejetons.

11. L'iniquité s'est élevée sur la verge de l'impétié; et il ne restera rien d'eux, ni du peuple, ni de tout leur bruit, et ils n'auront point de repos.

12. Le temps est venu, le jour est proche: que celui qui achète, ne se réjouisse point, et que celui qui vend, ne s'afflige point; parce que la colère accablait tout le peuple.

13. Celui qui vend, ne rentrera point en possession de ce qu'il vend; car ceci arrivera pendant la vie même de ceux qui vivent présentement. Ces visions prophétiques qui regardent tout le peuple, ne seront point vaines; et tout homme reconnaîtra qu'il ne se fortifiera point dans l'iniquité de sa vie.

14. Sonnez de la trompette; que tous se préparent; cependant il ne se trouvera personne qui aille au combat, parce que ma colère est sur tout le peuple.

15. L'épée au dehors, et la peste et la famine au dedans; celui qui est aux champs, mourra par l'épée; et celui qui est dans la ville, sera dévoré par la peste et par la famine.

16. Ceux d'entre eux qui s'enfuiront, seront sauvés; mais ils seront sur les montagnes comme les colombes des vallées, tout tremblants de crainte à la vue de leurs péchés.

17. Toutes les mains seront affaiblies, et tous les genoux seront sans force.

18. Ils se revêtiront de cilices, et ils seront saisis de frayer; tous les visages seront couverts de confusion, et toutes les têtes deviendront chauves.

19. Leur argent sera jeté dehors, et leur or sera comme du fumier; leur argent, ni leur or ne pourra les délivrer au jour de la fureur du Seigneur; ils ne leur serviront point pour se rassasier, et pour remplir leur estomac, parce que leur iniquité s'en est fait un sujet de chute.

20. Ils se sont servis de l'ornement de leurs colliers pour repaître leur orgueil, et ils en ont fait les images de leurs abominations et de leurs idoles; c'est pourquoi je mettrai leur or et leur argent au rang des choses impures.

21. Je l'abandonnerai au pillage entre les mains des étrangers; il deviendra la proie des impies de la terre; et ils en useront comme d'une chose souillée.

22. Je détournerai d'eux mon visage, et ils violeront le secret de mon sanctuaire; des brigands y entreront, et le profaneront.

23. Achevez de prononcer la condamnation de ce peuple, parce que la terre est pleine du sang innocent qu'ils ont répandu; et que la ville est remplie d'iniquité.

24. Je ferai venir les plus méchants d'entre les nations, et ils s'empareront de leurs maisons; et je ferai cesser l'orgueil des puissants, et leurs ennemis posséderont leurs sanctuaires.

25. A l'approche des angoisses, ils chercheront la paix, et ils ne la trouveront point.

26. Ils verront venir épouvante sur épouvante, et les bruits affligeants se succéderont l'un à l'autre; ils chercheront la vision d'un prophète; mais la loi périra dans la bouche des prêtres, et le conseil dans les anciens.